S. Tanta rerū, tam ciuilium q̄ sacrarū, mutationem, non puto, a sua con-
ditione Basilea vidisse, reip. status immutatus est, et oīa fere praepostere
facta, suo loco mota sūt, hoc est, in ordinē aut redacta aut redigenda adhuc
hec tn̄ oīa, diuina prouidentia ita dirigente, vt a verberib. et cedibus
temperatū sit, fuit aut hec causa posterioris illius tumultus, Hij (qui
a plebe selecti erāt numero xij, vt cū Senatu de reb. quas emendatas
oportebat, agerent) supplicando Senatui proposuerat nonnullos articulos,
ad quos respondere Senatus fere per x dies differt, licet Selecti
cum plebe, responsionem anxie requireret et expectaret, huc accedebat
quod recessus (vulgo abscheid) singulis Zunfftis dati et signati non satis
integre seruari videbantur, quo factū est, vt plebe vrgente, Selecti
(nos dicimus der vßschutz) domica quinquagesime de rebus consulturi
conuenirent, die vero Lune sequente, tota concio que stat a verbo dei
mane circiter quinta hora vocata confluit ad templū Minoritanoꝝ
vbi olim preces Matutine haberi solite sūt, ibi oīm vocib. et querelis
senatus cessato accusatur, quib. visis Senatus iā tandem responsionē
dare festinat, sed lente nimis, vulgus pro more suo tumultuatur,
frustra laborant, qui compescere volebant, Circiter hora tertia pomeri-
diana, ad arma concurrunt, aciem instruunt, et sic armati forū frumen-
tariū (planum est ante pretoriū) occupant, sequente nocte ita perseuerāt
Die saturni q̄ est carnispriuij, mane petūt xij Senatu excludi quos
suspicabant' Euangelio aduersarios, Consul qui inter excludendos primus
erat, in nauicula cū nonnullis alijs aufugit, eo die post meridie exerci-
tus armatus circa .300. templū cathedrale ingrediunt', valuis effractis
(erat eīm clause) oēs statuas et imagines demoliunt', deinde aedem .S. petri
vbi collegiū est, et omnes aediculas vbiq; per ciuitate perlustrāt, vt ne
imagunculā quidē delitere potuerit, quin sit deturbata, lignis aut imaginū
vsi sūt vigiles pro arcendo frigore nocturno, Sed ais, et quid interea factio
pontificia? Sine numinis presentia factū, nemo ambigit, vt oīa hec dissi-
mularent, et pars ciuibus accurreret, pars vrbe exiret, reliqui vero in totū
quiescerent, Die veneris istius fuit magnus Senatus, quorū numero circiter
LX et plures sūt additi p̄ter morē consuetū, et Senatus (xij tamē exclusis)
cum ciuibus concordatus, iureiurando se mutuo astringunt, verbū dei et q̄
vere pietatis sunt vnanimiter manutenendi, Interea aduolarat, legati Thuricen.
Bernen. Solodoren. Schaffhusen. Constan. et vestri, quid vero tractarint
cum nris scribere nō possū. cognosces melius ex legatis vestris, sic habes
obiter totius huc tragedie narratione. Deus oīa in sua gloria vertat.
Mutianū sodalis quē tantopere cupis iussoq; apud omnes Bibliopolas inuenio
nec. alias Budei lucubrationes p̄ter eas quas habes. Vale, xviii februarij

Anno. xxix

Marcus. tuus

Præstantiſſimo Viro Dno Dori
Ioachimo Vadiano. Santogall
dignissimo, dno suo obs